



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Bononivs Abb. 30. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

29. Aug.  
Mensa epu  
el testacei  
si illos ex  
ebant :  
vitan  
bi.  
quæ à pa  
iculi inci  
ones mor  
eredicatem  
profundissi  
venturi le  
c. 8. narra  
is devotil  
& horren  
em bundos  
s ad aram  
si improba  
t, eheu  
A. MATA  
i libri.  
gimus, qui  
ores, non  
vobis cr  
nostrorum  
m. S. Aug.  
BAPT.  
edit, quæ  
enim nu  
mano heal  
m eum ad  
cessit. &  
salu.

30. Aug. VITA SANCTORVM. 428

salu leviculo terram plausisset, ecce tibi præmium  
pedes caput maximi vatis IOANNIS abstulerunt.  
Nec satis erat, per mensam tam delicatum fercu-  
lum ambulare, & oculorum gulæ facere satis. Ex-  
traxit conjux adultera palato suo linguam (illam  
gratissimam Suardæ sedem) & mille nunc convitiis,  
nunc acu mille locis fodit scelestâ. Sed profectò  
pessimè acu rem tetigit. Nunquam enim magis  
viva etiam crudelitatem Regis, quàm tunc fuit  
locuta, & meritò deinde divinum VERBUM loquẽ  
tyranno renuit, ejus vocem decollaverat. Ipsa  
saltatricula pœnas si feras, serias certè luit, quando  
astrictas gelu aquas transiens, ruptâ sub pedibus  
impiis glacie, abscindendum crustis caput dedit,  
etiam tunc portentosum in modum subsiliens. &  
choreas, quibus viva assueverat, mortua etiam  
continuans, manifestum omnibus mortalibus do-  
cumentum, quàm non multo saltu opus sit, ut in  
orcum devolvamur. At dicet nonnemo: Ergo nec  
odiosam pede calcare terram non liceat? imò verò  
calcanda illa est, & pede utroque, sed graviore, &  
cui cœlû, non orcus arrideat. Ex Bar. & Martyrol.

*Si Ioannes tantus, Ioannes talis, tantâ eremo se-  
paratus à feminis, seminarum pericula non evasit,  
quis est, qui inter feminas vivens evasurum se sine  
labore maximo, maximâ sine cautione confidit, nisi  
qui sancto alitur spiritu? S. Chrysol. serm. 2. de  
Decoll. S. Ioann.*

S. BONONIVS ABB. 30. Augusti.

**O**ptima Philosophiæ pars est mortis medita-  
tio; hæc BONONIVM puerum mundo mori  
docuit, quâ quidem morte ad vitam nihil est sa-  
lubrius. Hinc Ægypti deserta petiit tantamque  
sanctorum civium frequentiam invenit, ut in  
solitus.

solitudinem urbes, in urbes solitudinem dicens migrasse. Ipse totam Ægyptum concionabundus obibat, Christoq; longè plurimos jungebat, mercatores præsertim, quibus tempestate aliquando jactatis post preces fufas solem & cum sole fidei lucem ostendit. Ob id cum Alexandria in summo honore jam esset, iterum Ægypti intima petiit. Hic illi lectum cælum, cubile terra, culcitra cilicium, cervical lapis fuit. Huic etiam invigilabat potius quam indormiebat, quòd mollius tamen jaceret, lectulum hunc suum lacrymis quotidie lavabat. Verùm è privato hoc pulvere extractus in arenam à Petro Vercellensi Antistite, cui unà cum pluribus aliis capto libertatem apud barbarum Regem exoraverat, Cœnobitis Lacedensibus præesse iustus est, dum vitã simul & munere est functus. Porro quem ad geniculari ad tumulum Divi cernis, fraternæ cædis reus est. Hunc cum supplicem sacerdos quidam, sed non conscientia absolveret, annos plures à domesticis furis agitatus malaciam tandem animo apud cineres BONONII reperit. Veniam numerant ruptæ ultrò manicæ, quas reus ipse dextro cædis auctori brachio induxerat. Hæ nunc licet ferro sint, an non pulchrius tamen suspensæ tumulo BONONIVM ornant, quam Manliani, quos cædis abjecerat, torques facturi fuissent? *Ex Gabr. Palav.*

*Licet cecideris, licet fueris in scelera devolutus, vide ne desperes; remansit tibi unde piissimo satisfactionis creditori. Absolve vis! ama. Charitas cooperit multitudinem peccatorum. S. Petr. Chrysol. Sermon. 94.*

S. AIDANVS EP. 31. Augusti.

**H**ic ille AIDANVS est Lindisfarnensis Pontifex, quem ad Angliæ regnum Christo subiiciendum